



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCXLVII. ad annum CCCCI.

Parisiis, 1644

Concilivm Cavernense Donatistarvm: In quo Maximianistae Primianistas
cum suo auctore Primiano condemnarunt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15256

ANNO CHRISTI 394. **CONCILIVM CAVERNENSE DONATISTARVM:**

In quo Maximianistæ Primianistas cum suo auctore Primiano condemnarunt.

NOTA.

* *Concilium Cauernense.*] Apud Cauernas Susis, qui est locus Carthagini propinquus, Arcadio tertium & Honorio secundū consuli-
bus, anno nimirum Christi 394. ex Maximianistis conuenerunt 53. Locus & tempus Concilii.
episcopi, qui post aliquantulam cognitionem causæ, Primianum Numerus episcoporum.
cum suis sectatoribus, iam ante Cebarfussi a centum & amplius episcopis Maximianistis prædamnatum, iterata sententia condemnarunt. Primianus Parmeniano defuncto successus erat. aduersus Primianistæ & Maximianistæ qui.
hunc postea ab aliis Donatistis creatus est Maximianus diaconus: sicque maximum inter eos schisma conflatum est. Fautores Primiani, Primianistæ: Maximiani, Maximianistæ; sicut etiam alii a Claudio Claudianistæ; a Rogato Rogatistæ appellati fuere. Ita qui Donatistæ ante a Donato nominabantur, deinceps in partes & varias factiones more hæreticorum omnium diuisi, ab auctoribus scissionum nomine nuncupati fuerunt. Vt scilicet manifeste ostendant, se, qui non a Christo, sed vel ab auctoribus vel dogmatibus suæ hæreseos denominantur, non ecclesiam Christi, sed Antichristi synagogam esse. Hieronymus contra Luciferia. in fine. Hæc ex Augustini comment. in psalm. 36. Item ex 3. & 4. lib. contra Cresconium. Baron. anno 394. num. 33. & sequentibus.

ANNO CHRISTI 394. **CONCILIABVLVM BAGAIENSE PRIMIANISTARVM, CONTRA MAXIMIANVM.**

NOTA.

* *Bagaiense.*] Bagai ciuitate Numidiæ trecenti & decem episcopi, a Primiano Carthaginensi episcopo Donatista aduersariæ factionis vocati, conuenerunt: vbi confidentes, examinata causa ipsius Primiani, qui aderat, & Maximiani itidem episcopi Carthaginensis absentis, aliorumque eidem communionem coniunctorum, in Maximianistas eam, quam recitat Augustinus contra Cresconium lib. 3. cap. 53. damnationis sententiam protulerunt. Vide Baron. anno 394. num. 43. & 44. Locus Concilii.

Concil. Tom. 3.

M m m ij